Nos Gregorius Iudex et Andreas Subiudex generales terre Cracouiensis notumfacimus quibus expedit vni
uersis presentium seriem inspecturis quod nobis in pleno iudicio sedentibus accedentes ad nostram assessorumque nostrorum
presenciam nobiles viri Bartholomeus cum Nicolao Jacussio filiis suis heredes de Coscza totam partem
eorum hereditatis eorum legittime devolutam in Lednicza cum omni iure seu dominio vtilitatibus fructibus cen
sibus prouentibus obuencionibus pratis agris pratis pascuis mericis graiis rubetis virgultis aquis piscinis
molendinis et aliis decursibus ac aliis omnibus pertinenciis ad eandem hereditatem spectantibus quibuscumque nominibus nun
cupabantur [illegible] ipsis heredibus pertinere dinoscuntur et prout ipsa hereditas ibidem in
Lednicza est circumferencialiter distincta et limitata honesto ac circumspecto viro [illegible] civibus de Welicza totique
communitati ibidem in Welicza pro viginti marcis grossorum pragensium numeri polonicalis quamlibet marcam
pro quadraginta octo grossos computando et pro commutatione cuiusdam domus ibidem in Welicza rite et racionabiliter
vendiderunt coram nobis voluntarie et iure hereditario ipsis ciuibus perpetuo resignarunt quamquidem
hereditatem tenendam habendam [illegible] possidebunt. Eis dantes licenciam sit eis vendendi commutandi et pro eorum libero
voluntatis [illegible] in Lednicza [illegible]. In quorum euidenciam nostra sigilla presentibus duximus appen
denda. Actum [illegible] in vigilia beati Viti. Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo
quarto. Presentibus hiis testibus Iohanne de Rogow, Nicolao nostro generali terre Cracouiensis, Burchardo de
Brzezini, Petro de Janowicz, Theodrico de Pankowicz, Nicolao de [illegible] heredibus et aliis
multis personis fidedignis.

Od Sędziego Drogomira iakoby
wszego Urzędzie kupiło Mia-
sto pole od Lednice

1304. Aº

Septimum
1.3.8.4